
Iv. Stubæi

Dissert. 2. 3.

de Libro Job.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

EX LIBRO

I J O B

DISPUTATIO TERTIA

IVARI STVBBÆI,

*QVÆ SVMITVR EX CAP: IV. ET V. ET in qua præter capitum iſtorum verſionem & diſpoſitionem, inter alia præcipue diſſeritur, Tam præmia piorum, quam pœnas impiorum in hoc mundo, hominum reſpectu eſſe contingentia; D*EUM *ſemper juſte affligere homines, etſi non ſemper propter peccata affligat: Peccatores eſſe impares, itemq; peccata, idq; non tam ſui, quam animi peccantium reſpectu. Revelationes Divinas olim fuiſſe frequentes & neceſſarias, hodie non item, & ſi quæ fiunt, ſcripturis Sanctis examinandas eſſe: Animas hominum mortuorum non ſcire neq; curare, quæ in mundo a vivis gerantur, proinde mortuorum interceſſiones implorandas non eſſe ob id ipſum, ſi nihil aliud obſtaret: Narrationem Chriſti de Divite & Lazaro parabolam eſſe non hiſtoriam.*

Diſputabitur volente DEO, in Academia Hafnienſi, die 24. Decembris.

Reſpondente

CHRISTIANO GEORGII *Svindingenſi.*

HAFNIÆ,

Apud Henricum Waldkirchium, 1608.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

CVM AMICI IJOBI, MAGNAM ISTAM miſeriam in eo conſpexiſſent, & miſerandam ſui non ſine aliquo in DEUM peccato, deplorationem audiviſſent: tandem Eliphaz primus eorum ipſum alloquitur capit. 4. & 5. oratione gravi & multis locis haud parùm obſcura, propter dictionis partim brevitatem, partim ambiguitatem & variam figurationem, ut haud raro de ſenſu vero dubitari poſſit.

140. Nos ſenſum, quem putabimus promptiſſimè & ſimpliciſſimè ſe offerre, & conditioni rerum iſtarum & perſonarum quàm minimè adverſari, eámve nevtiquam intricatiorem reddere, amplectemur; eumq; examini diſputatorum ſubjiciemus, interim cuiq; liberum relinquentes, ſive velit eundem nobiſcum tenere, ſive potiùs abſtruſiorem aliquem ex hujus vel illius interpretis arbitrio atq; opinione erutum defendendum ſuſcipere. Et oramus DEUM, ut regat nos ſuo ſancto Spiritû, atq; in viam rectam ad nominis ſui gloriam clementer deducat. Amen.

141. Eſt igitur ſenſus Orationis hujus Eliphazi breviter contractus, oſtendere & demonſtrare Ijobum peccatorem & hypocritam eſſe, qui DEUM nunquam ſyncerè & animitùs, coluerit, etſi hominibus aliter viſum fuerit, & propterea juſte ipſum jam à DEO puniri: proinde monere Eliphazum, ut Ijob ſerio ſe ad DEUM convertat, pœnamq; hanc divinam patienter ferat & reverenter habeat.

142. Partes igitur hujus orationis præter exordium (quod continetur 5. primis verſibus cap. 4.) & perorationem [quæ eſt verſu ultimo cap. 5.] ſunt duæ, Demonſtratio oſtendens Ijobum eſſe hypocritam & peccatorem (cujus initium eſt verſu 6. incluſivè cap. 4. finis verſu 7. ſimiliter incluſivè cap. 5) & Cohortatio ad converſionem & patientiam, quæ reliquis verſibus cap. 5. ad perorationem uſq; abſolvitur.

143. Propoſitio Exordii eſt diſcretiva verſ. 2. cap. 4. Sed figurata interrogatione, hoc ſenſu: Etſi ægre feres nos tecum diſceptare, tamen ſermones continere non poſſumus.

144. Ratio

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

144. Ratio additur à cauſa impulſiva verſ.3.4.5 Nimirum quòd videant ipſum tantoperè in afflictione perturbari & terreri, qui antea ſolebat alios malè habentes (quos variis adjunctis hominum animum deſpondentium deſcribit) erudire & confirmare.

145. Hinc jam ſequitur Demonſtratio, Ijobum tanquam peccatorem & hypocritam à DEO puniri, etſi ab hominibus habitus fuerit vir ſanctus, & cœt. cum exprobratione ſatis acerba.

146. Atq; primùm eſt propoſitio Demonſtrationis, verſ.6. Sed valdè obſcura, utpote figurata non tantùm metonymiâ & metaphorâ, ſed etiam ironiâ & interrogatione, quæ negandi vim habet, ad majorem & acerbiorem reprehenſionem oſtendendam. Sublatis igitur hiſce figuris, tandem ſimplex hujus propoſitionis ſenſus conſpicietur.

147. *Nonne*, inquit, *timor tuus ſpes tua*, ſcilicet fuit; *& perfectio viarum tuarum, exſpectatio tua? Timor tuus*, pro DEO quem timebat; *Spes & exſpectatio*, pro bonis rebus, & bono omnium rerum ſucceſſu ſperato & exſpectato, metonymiæ ſunt. *Perfectio viarum* pro honeſta vivendi & agendi ratione, Methaphora. Conſiderato præterea contrario ſenſu, quem Ironia inducit, & ſublatâ interrogatione, quæ Ironiam confirmat, ſimplex & apertus hujus verſus ſenſus eſt: Tu Ijob non ſyncerè & animitus DEUM antea timuiſti, ſed hypocriticè tantum, eaq; ſanctimonia vitæ, quam præ te ferebas, non ſpectabat ad gloriam DEI, & eó, ut ipſius viciſſim gratuitam benevolentiam exſpectares, juxta ipſius beneplacitum, ſed eó, ut eandem promerereris tanquam mercedem, & ſimul auram popularem & hominum applauſum captares.

148. Dictionem autem *Timor tuus* de DEI timore, ſeu timore quo DEus timetur, atq; totum hunc verſum per Ironiam intelligi debere, ex contextu ſequentium apparet. Neq; aliter hæc intellexiſſe Chaldæum paraph. colligere licet ex dictione, quâ utitur דחלתך. Nam hæc frequentiſſime DEI timorem, eumque non verum vel ſyncerum, item timorem Idolorum ſeu falſorum Deorum ſignificat. Quod hinc videre eſt, quod דחילא ſignificat DEUM, qui timetur, & tantum de Diis aureis & argenteis potiſſimùm dicitur, inquit Elias in Meturgemam; Quod etiam hinc

 proba-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

probatur, quia cùm Paraphraſtes loquitur de Diis aureis & argenteis Exod. 20. 23. utitur hac dictione, cùm aliàs alià uti ſoleat.

149. Sed (inquam) ſenſus hujus verſus, in quo propoſitio Demonſtrationis Eliphazi conſtituitur, hic eſt. Ijob eſt impius, eſt hypocrita, eſt peccator, eſt injuſtus, eſt ſtultus, eſt iniqvus, nam hæc omnia jam ſunt Synonyma; Similiterq; ab altera parte, pius, Syncerus, rectus, juſtus, ſapiens, pauper, innocens, ſynonyma erunt.

150. Ad hanc propoſitionem, omnia hujus Demonſtrationis argumenta referenda ſunt, quæ, ut quantam vim ſingula ad probandum hoc quod intenditur habeant, melius conſpiciatur & judicetur, in ſuis formis ordine proponemus.

151. Primum igitur hujus Demonſtrationis argumentum eſt verſ. 7. *Recordare nunc*, inquit, *quis fuerit innocens qui perierit. & ubinam recti ſucciſi fuerint?* Hoc eſt breviter, Recti non pereunt. Quæ verba Majorem propoſitionem Syllogiſmi ſuppeditant, nam collata cum propoſitione, quam conſtituimus, & quæ in Syllogiſmo concluſionis locum obtinebit, habent prædicatum concluſionis, *Recti* diſpoſitum cum Medio termino, *pereunt.* Sumatur igitur nunc Subjectum concluſionis *Ijob*, diſponaturque cum eodem Medio termino, fiet Syllogiſmus talis:

Recti non pereunt,
Ijob perit, Ergò
Ijob non eſt rectus.

152. Majorem prop. quam ipſius etiam Ijobi atteſtatione ſatis firmam eſſe putat, illuſtrat metaphoricâ comparatione diſſimilium, improborum ſcilicet & tyrannorum, qui juſto DEI judicio fructum ſuæ improbitatis tandem reportant, facilimeq; pereunt & diſperguntur. Sumta metaphora ab agricolis & leonum variis ſpeciebus leonumq; catulis. verſ. 8. 9. 10. 11.

153. Secunda Demonſtratio ſumitur à revelatione quadam Divinâ, quæ facta Eliphazo duplex medium concludendi videtur ſuppeditare, prius à juſtitia Divina, quæ non punit niſi peccatores, poſterius à conditione omnium hominum, qui in univerſum ſunt peccatores.

154. Prius medium eſt verſu. 17. *Nunquid*, inquit, *homo* (qui affli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

affligitur) DEO (affligente) *juſtior erit?* Interrogatio habet vim negationis, quod ex ſequentibus patet, imò, inquit, Omnes homines ſunt peccatores (ubi poſterius medium eſt) quod patet ex comparatione à majore ad minus, Ne Angeli quidem ita creati ſunt, ut ex ſe ſtabilitatem & lucem habeant, verſ. 18. multò minùs homines, qui corpora terrena poſſidentes & variis calamitatibus expoſiti tandem moriuntur, & ſæpiſſimè incauti pereunt. verſ. 19. 20. 21.

155. Ex priore igitur medio talis erit argumentatio:

Si DEus affligens eſt juſtus, utiq; Ijob qui affligitur eſt peccator.
Sed DEus affligens eſt juſtus. Ergò
Ijob qui affligitur eſt peccator.

156. Ex poſteriore medio talis:

Si omnes homines ſunt peccatores, etiam Ijob eſt peccator.
Sed prius eſt verum. Ergò
Et poſterius verum eſt.

157. *Ad* majorem autem tàm fidem faciendam, quàm attentionem Ijobi ſibi comparandam, varias hujus ſibi factæ revelationis circumſtantias cõmemorat. Dicit de hac re ſibi quidquam occulto revelatum eſſe v. 12 in cogitationib. viſionum nocturnarum v. 13. dum paventem & horrentem Spiritus ignotus tranſiret & ſubmiſſà voce eum alloqueretur, verſ. 14. 15. 16.

158. Quartum argumentum ſumitur ex verſ. 1. cap. 5. cujus ſenſus eſt demptâ interrogatione, Neminem Sanctorum invocatum, ipſius Ijobi rationem habiturum eſſe, & conficitur indè talis argumentatio:

Cujus nemo Sanctorum invocatus rationem aliquam habet, is impius cenſendus eſt.
Sed Ijobi nemo Sanctorum invocatus rationem habet.
Ergò
Ijob impius cenſendus eſt.

159. Quintum argumentum ſumitur ex verſ. 2. & potiſſimum ex priore ejus parte, nam totus verſus videtur fuiſſe proverbialis, ut ejus poſteriorem partem, tantum ad proverbii perfectionem addiderit. Argumentatio erit talis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

Iracundia interficit ſtultum, dum ſcilicet in afflictione
eſt impatiens, nec divinæ voluntati ſe ſubmittit.
Iracundia interficit Ijobum. Ergo
Ijob eſt ſtultus,

160. Subjungitur occupatio ad explicationẽ Majoris prop. Objiciat aliquis, atqui ſtulti ſæpè florent & ſunt felices. Reſpondet per conceſſionem, ſe idem vidiſſe, ſed ſubjungit felicitatem iſtam, non eſſe vel fuiſſe diuturnam; Siquidem tandem non ſolùm ipſos totos fieri abominabiles, verſ. 3. Sed filios etjam ipſorum variis calamitatibus & injuriis obrui, verſ. 4. 5. Atq; ut iis verbis Ijobum gravius pungat & exagitet, utitur Numero Singulari, *Vidi ſtultum*, & cœt. quaſi de Ijobo ipſo loqueretur.

161. Sequitur altera occupatio verſ. 6. & 7. cujus occaſio petenda ex iis quæ Paulò ante dixit verſ. 19 20 21. cap. 4. Dicat quiſpiam, conditio fatalis hominum eſt, ut ad mala in hoc mundo perferenda omnes nati eſſe videantur, ut ſuprà dictum eſt cap. 4. verſ. 20. Igitur labores & moleſtiæ, quæ in vita offeruntur, non debent alicujus impietati adſcribi. Reſpondet, *Etſi homo ad moloſtiam natus eſt; quemadmodum ſcintillæ attolluntur ad volandum*, verſ. 7. tamen afflictio non egreditur è pulvere, neque de terra moleſtia, hoc eſt; inſignes calamitates peculiares cauſas habent, verſ. 6. Atque hæ duæ occupationes confutationis loco ſunt. Hactenus prior pars Orationis Eliphazi fuit, quam diximus in Demonſtratione impietatis Ijobi conſiſtere, ſequitur altera.

162. Altera pars Orationis Eliphazi continet Cohortationem, ut dictum eſt, in qua duo agit Eliphas, primò hortatur Ijobum, ut vel ſuo exemplo requirat DEUM, & ei res ſuas commendet, Deinde, ut caſtigationem divinam patienter ferat & reverenter habeat.

163. Ego, inquit, *requirerem DEUM, ipſumq; precarer, vel ipſi cauſam meam commendarem*, quaſi diceret; Et te itidem facere hortarer, verſ. 8. Subjungit rationes, *Quia ipſe eſt omnipotens & benignus faciens maxima & mirabilia*, verſ. 9 Quod illuſtrat diſtributione; Nam & conſervat univerſam naturam ſalutari perfuſione pluviarum & fœcunditate, verſ. 10. & præcipuè curat homines, quorum humiles, afflictos, pauperéſq; conſervat à cæde, à calumniis, à tyrannide, ut habeant ſpem ad admirationem & con-
tra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

tra omnem exſpectationem impiorum, verſ. 11. 15. 16. Callidos autem & aſtutos & veteratores aliorum exitium machinantes impedit, ne faciant quod conſtituerunt, ipſorum cogitationes diſſipans & conſilia infatuans, adeo ut etiam in rebus clariſſimis & maximè perſpicuis cæcutiant, ac ſi qui interdiu verſarentur in tenebris, verſ. 12. 13. 14. & quaſi in parentheſi.

164. Deinde porro hortatur verſ. 17. Ne correctionem DEI Ijob ſpernat, addit cauſam, *Quia beatus eſt homo quem DEUS increpaverit*, utpote cujus dolores & plagæ non diriguntur ad exitium hominis, ſed ad medelam & Sanationem, verſ. 18. ut tandem & liberet ab omni malo, & largiatur omne bonum. *Liberet à ſex, imò ſeptem*, phraſi prophetica pro infinitis anguſtiis, quarum tamen aliquot enumerat, utpote quas putavit inſigniores eſſe, nimirum *à fame, à bello, à flagello linguæ, à vaſtitate, à beſtiis*, verſ. 19. 20. 21. 22. *Largiatur autem pacem* (cujus forma additur) *etjam cum lapidibus agri & beſtiis terræ*, (& finis ſequitur) *ut ſit pax ipſius domui*, & œconomiam ſuam feliciter adminiſtret, donec relictâ poſt ſe egregiâ prole & ſobole Senex & ætate maturus obdormiat & honeſtè ſepeliatur, verſ. 23. 24. 25. 26.

165. Atq; ita tandem addit perorationem verſ. 27. quâ ſuperiora commendat, quòd omnia ſint diligenter inveſtigata atque experiendo vera comprobata, proinde audienda Ijobo & cognoſcenda eſſe. Atq; hactenus diſpoſitio Orationis Eliphazi fuit; nunc porro quidquid fuerit ſive in verbis ſive in rebus hujus orationis, quod aliquam diſputandi occaſionem præbeat, ordine perſequamur.

166. In primo igitur Demonſtrationis Eliphazi argumento (quod fuit Theſi 151) Medium terminum *perire* intelligimus de æterno exitio, idq; propter dictionem נכחדו quæ explicationis cauſa poſteriore loco additur verſ. 7. & exſcindi ne ſint vel compareant amplius, ſignificat, ut Zachariæ cap. 11. 6. vera igitur erit Major propoſitio, Rectos non prorſus, non in æternum perire.

167. Sed Minor propoſ. Ijobum perire, falſa eſt. Quia ipſius afflictio, non eſt pœna ad exitium, ſed δοκιμασία ad gloriam & honorem. Id quod Eliphaz non ſentit; Sed ut pleriq; afflictos ſine diſcrimine judicant DEO inviſos & perditioni addictos

dictos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

dictos eſſe: Ita ipſe etiam jam de Ijobo prorſus actum eſſe exiſtimat. Falſâ igitur exiſtente minore prop. concluſio etiam falſa erit.

168. Quòd ſi *perire* ſumatur non de æterno exitio, ſed de infelicitate quadam, & miſeriâ hujus vitæ, Major erit particularis (nam univerſaliter intellecta non erit vera, quia multi *Recti* in hac vita miſerè pereunt) atq; ne ſic quidem, utpote ex puris particularibus, concluſio erit vera.

169. Quin & ſimilitudo Metaphorica, quæ adfertur verſ. 8.9.10.11. ad illuſtrandam Majorem prop. eodem modo de pœnis improborum & tyrannorum certo luendis in altera demum vita intelligi debet, aliàs univerſaliter vera eſſe non poteſt. Et quod Eliphaz affirmat ſe vidiſſe, quod *arantes iniquitatem metuant illam*, & cœt. Id ita accipiendum eſt, quod id ſæpiſſimè viderit in mundo, non ut veram & perpetuam ejus rei hic obſervatam experientiam commendare poſſit, etſi hoc velle videatur. Ut plurimum enim accidit, ut impii etiam in hac vita puniantur, etiamſi pœna quorundam diutius differatur (de quo Jeremias cap. 12. 1. 2. 3. Et David in Pſalmis) haud raro tamen etiam fit, ut impuniti vitam finiant, & non ſine honorificis exequiis ſepeliantur, mercedem ſuæ impietatis in altera vita accepturi.

170. Et ſimiliter piis oppreſſis ut plurimum ſubvenitur in hac vita, & tamen, haud pauci, quàm diu hic vivunt, cum perpetuis miſeriis & calamitatibus ad extremum vitæ ſpiritum conflictantur, ut tam impiorum pœnæ, quàm piorum præmia in hoc mundo videantur contingentes eſſe, (etſi DEI reſpectu contingens nihil ſit,) quæ in altera demum vita neceſſariò conſequentur. Hoc docet Eccleſiaſtes cap. 9. verſ. 2. 3. & cap. 8. verſ. 11. 12.

171. Porrò neq; in argumentatione ſecunda (Hoc eſt, priore earum, quæ ex revelatione divina concluditur Theſi 155.) concluſio rectè ſequitur, ſiquidem Major prop. ritè examinata non eſt vera. *Si DEVS affligens eſt juſtus, utiq; Ijob qui affligitur eſt peccator.* Hæc, inquam, propoſitio vera non eſt, niſi conſtaret DEUM, non niſi peccatores juſtè affligere, ut interim taceam etiam in dictione *peccatores*, ambiguitatem eſſe, de qua mox dicetur. Nam inde pendet ſolutio hujus argumenti, id quod in Syllogiſmo

logiſmo ſimplici magis apparebit, ſublatâ etiam dictionis *peccatores*, ambiguitate.

172. Sit igitur Syllogiſmus ſimplex:

DEUS ſecundum ſuam juſtitiam tantùm affligit propter peccata.
At affligit Ijobum. Ergò
Ijobum affligit propter peccata, & per conſequens Ijob eſt peccator.

173. Jam dicimus Majorem prop. hujus Syllogiſmi non eſſe univerſaliter veram. Etſi enim verum eſt, DEUM ſemper juſtè affligere: tamen verum non eſt, DEUM non niſi propter peccata juſte affligere. Quod ut rectius intelligatur, omnium afflictionum cauſæ altiùs expendendæ ſunt.

174. Sunt igitur afflictionum cauſæ, partim notæ ex voluntate DEI in lege & in Evangelio revelata, partim incognitæ, utpote quæ ab ejusdem DEI arcana voluntate pendent.

175. Inter cauſas notas, prima ſit peccatum, quod juſtè punitur, tam in piis quàm in impiis, etſi diverſimode, ut in prima diſputatione dictum eſt, unde ad hanc rem illuſtrandam quædam peti poſſunt. Secunda ſit exercitatio piorum, in fide, ſpe, patientia, invocatione, ut & ſuam infirmitatem, & Divini auxilii adſiſtentiam cognoſcant & experiantur. Tertia ſit confirmatio doctrinæ & confeſſionis, quam DEUS vult quosdam, variis ob eam perferendis perſecutionibus, nec non ſangvinis ſui aliquando profuſione, atq; morte violentâ & ignominioſâ, illuſtriorem reddere.

176. Atq; omnes hæ cauſæ diriguntur ad gloriam DEI, multis igitur modis juſtæ ſunt, ut non recte dicitur, *DEUM ſecundum ſuam juſtitiam tantùm affligere propter peccata*.

177. Ut interim nihil dicamus de cauſis afflictionum, quæ pendent à voluntate DEI arcana, quæ ſæpius perpetuo latent, & tamen injuſtæ eſſe non poſſunt, quia DEUS eſt ipſa juſtitia, quæ non ad humanum ſenſum examinanda eſt, ſed ad quam omnia & humana & angelica; & terreſtria & cœleſtia examinari debent: aliquando innoteſcunt, & tum ad aliquod genus cauſarum voluntatis revelatæ, quas ſuprà oſtendimus, referri poſſunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

178. Tertia argumentatio [quæ eſt poſterior revelationis Divinæ Theſi 156.] videtur recte concludere. Siquidem quod de Genere prædicatur, id etiam de omnibus ejusdem generis ſpeciebus ritè prædicari neceſſe eſt. Sed tamen reverà eſt inconſequens, propter ambiguitam dictionis *peccatores*.

179 Sunt quidem omnes homines peccatores, ſed non pares, non eâdem prorſus conditione. Quidam peccant quidem ex infirmitate humana, ſed tamen peccatis ſe totos non dedunt, neq; iis delectantur, neq; in iis perſeverant, ſed contra ea nituntur per gratiam DEI. Quidam autem ſe totos mancipatos peccatis eſſe volunt, iis addicunt ſeſe, iis delectantur, inque iisdem perpetuo perdurant, neque unquam ad ſanitatem reducuntur. Hac intellectâ diſtinctione, facilè deprehenditur, majorem prop. propter ambiguitatem eſſe captioſam.

180. Sed reducamus argumentationem ad ſimplicem Syllogiſmum, talem nimirum:

Omnes homines ſunt peccatores.
Ijob eſt homo. Ergo
Ijob eſt peccator.

Prædicatum Majoris prop. in ſuas, quas diximus, ſpecies diducendum eſt; & tollenda ambiguitas. Omnes quidem homines ſunt peccatores ſed quidam ſunt regenerati, quidam non regenerati. Ijob non negabit ſe peccatorem eſſe: Sed peccatorem deſperatum, impium, hypocritam ſe eſſe negabit. Quod Eliphaz hac argumentatione fruſtrà obtinere conatur.

181. Et quemadmodum peccatores ſunt impares, ſic etiam peccata imparia & inæqualia ſunt, non tam per ſe vel ſui reſpectu, quàm animi peccantium. Siquidem gravius peccat qui ex propoſito & malitiâ deſtinatâ peccat & ſine pœnitentia, quam qui errore quidquam committit, aut ſine quidem errore aliquid, ſed cujus tamen ipſum ſtatim poſteà pœniteat. Unde & Chriſtus in Evangelio, pœnarum inæqualitatem in extremo judicio fore pronunciat.

182. Per ſe autem & ſui reſpectu, ejusdem Chriſti D. N. judicio, videntur peccata vel prorſus æqualia eſſe, vel exiguo admodum diſcrimine inæqualia: Cum dicit primum & ſummum mandatum in lege eſſe, Diligere DEUM ex toto corde, &

cœt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

cœt. Et ſecundum huic ſimile, Diligere proximum. Et aliàs dicitur, eum qui in uno contra legem commiſerit, totius violatæ legis teneri. A quo Catonis & Stoicorum paradoxon, non longe abeſſe videtur, etſi ipſi id infelicius expediant.

183. Sed ut de revelatione Eliphazo facta, adhuc quidpiam dicamus. Etſi ejus ſenſus facilè percipi poteſt, nimirum DEUM eſſe juſtiſſimum, cujus reſpectu ne quidem angeli juſti cenſendi ſunt, multò minus homines; tamen in adjunctis quæ tribuuntur angelis hominibusq; eſt ambiguitas & propter ambiguitatem obſcuritas haud exigua: Nos ea intelligenda eſſe ſtatuimus, ut ſequitur.

184. Verſ. 18. *Ecce in ſervis ſuis* (Sanctis angelis) *non poſuit ſtabilitatem, nec in angelis ſuis poſuit* (תהלה) *lucem.*

185. Dictio Hebraica תהלה quæ hoc loco uſurpatur, variè exponitur. Chaldæus pro ea utitur voce עילא quæ teſte Elia tam in Meturg. quàm in Tisbi ſignificat pravitatem. Totum verſum ex Chaldæo ſic vertimus: *Ecce in ſervis ſuis prophetis* (ſecus atque nos, qui hic angelos intelligimus) *non fecit credere.* (id eſt, fidelitatem eſſe) *& in nunciis ſuis poſuit* (עילא) *pravitatem.* Aben Ezra dicit ſignificare ſtultitiam; Rab. Levi Lucem, quem nos ſequimur. Per Lucem intelligimus metaphoricè, præſtantiæ perfectionem, ut prior poſteriorq; pars verſus, mutuam operam ad ſui explicationem conferant, & utraq; de Sanctorum angelorum præſtantia & præſtanti juſtitia intelligatur, & non tam de ea, quam habuerunt ii in initio, qui poſtea in veritate non perſtiterunt; quàm de hac, quam etiamnum habent angeli, qui non peccarunt, ſed ſunt ſancti & in ſanctitate confirmati. Eorum inquit juſtitiam, etſi ſit per ſe ingens, nihil tamen eſſe, ſi cum DEI juſtitia conferatur.

186. Verſ. 19. *Quantò magis* (ſcilicet non poſuit ſtabilitatem & lucem) *in iis qui inhabitant domos luteas*, id eſt, in hominibus, quorum præcipua pars anima ſcilicet, ſecundum quam maximè homines cenſentur, inhabitat corpus ex limo terræ creatum, *quorum terra eſt fundamentum*, vel quia ex terra creati ſunt, & in terram reſolventur, vel quia in terra verſantur & vivunt, *& quos conterent,* ſcilicet ea quæ conterunt, id eſt, affligunt, Mala intelligit plurima, quibus quotidiè homo infeſtatur, *antequam tineam*, Hy-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

perbolicè pro facilime & minimo negotio, minore quàm dici poſſit.

187. Verſ. 20. A *mane úſq; ad veſperam conteruntur*, id eſt, perpetuò, ſine intermiſſione vexantur & infeſtantur, *eò quòd non ſit qui apponit cor*, hoc eſt, qui curet ritè ſéq; ſuáſq; res, vel qui ſui juſtam rationem habeat, *in æternum peribunt*, ſibi ſcilicet ſolis relicti, ſine Divina opera & gratia.

188. Verſ. 21. *Nonne transfertur dignitas quæ in ipſis?* Hoc eſt, An non tandem anima ab ipſis & tota vitæ præſtantia tollitur? q. d. Maximè. *Et* quod magis eſt *moriuntur & non in ſapientia* hoc eſt, incauti & præter opinionem, ſæpè animam efflant rebus ſuis ante quam minimum benè diſpoſitis & curatis.

189. Porrò an verè facta ſit iſta apparitio, an verò ab Eliphazo ad orationis ſuæ commoditatem ficta, dubitari poteſt. Sed demus verè factam eſſe aliquando, partim propter integritatem Eliphazi, qui fortaſſe alienum à ſe putaret, falſâ commemoratione afflictiſſimo amico illudere, etſi hujusmodi mendacium excuſari poſſet; partim quia antiquis temporibus hujuſmodi revelationes non erant infrequentes, ut DEUS iis pios homines, vel hæſitantes in rebus divinis confirmaret (quod fortaſſe poſt legem ſcriptam fuit rarius) vel eosdem quid facturi eſſent in certis negotiis doceret, vel denique de futuris eventibus moneret; partim etiam quia ipſa revelatio per ſe pia eſt, & ſcripturis Propheticis & Apoſtolicis conformis.

190. Ad cauſam tamen Ijobi arguendam, apparitionem ſeu revelationem iſtam factam eſſe, ad ſuppeditandam ei ſcilicet dicendi & increpandi materiam, cum Eliphaz jam ante de miſeria Ijobi cognoviſſet, ſéque ad ipſius congreſſum inſtrueret, negamus. Quia etſi iſta revelatio per ſe eſt pia (ut diximus) & ſacræ ſcripturæ conformis, tamen ad cauſam Ijobi non omnino quadrat, quapropter & argumentationes inde extructæ fuerunt inconſequentes, ut ſupra oſtendimus.

191. Tales revelationes, nunc per viſiones, nunc per inſomnia olim erant piis, ut diximus frequentes & neceſſariæ, antequam religio vel ſcribi cœpit, vel ejus canon ſcriptura abſolutus fuit: Hoc autem tempore, quo is per Prophetas & Apo-
ſtolos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

ſtolos planè perfectus eſt, neceſſariæ non ſunt, neq; fiunt amplius, quod vulgo conſtet.

192. Poſſibile eſt tamen fieri interdum, ſed per viſiones rarius, per inſomnia aliquanto frequentius, atque tum, tam ad illas dijudicandas, quàm ad hæc, opus eſt ſcripturæ normâ, cum qua ſi conveniunt, à DEO & bonis angelis factas eſſe ſtatuendum eſt, ſin minus, à malis. Siquidem etiam Satan transformat ſe in angelum lucis, ad ſeducendos miſeros homines (2. Corinth 11.) & jam olim etiam falſi Prophetæ æquè atque alii ſua ſomnia jactabant, de qua re inſignis locus eſt Jeremiæ cap. 23.

193. Quin etſi conveniant cum ſacra ſcriptura, tamen ne tum quidem ita accipi debent, ac ſi vel majore, vel ſaltem pari, cum ea, authoritate eſſent; aut ac ſi ſcriptura ex iis, ſive authoritatem & fidem majorem, ſive explicationem, ſive perfectionem quamcunq; acceptura eſſet.

194. Siquidem ſcriptura jam antè ſuam habet authoritatem longè maximam, ut ex iis majorem ea accipere nec poſſit nec debeat, & tam eſt perfecta, ut omnem fidei & morum doctrinam, ad piè vivendum & moriendum, æternámque vitam conſequendam contineat, atque ex ſeipſa explicari debet, ut certa & indubitata ſit ejus expoſitio. Eſtque ſola inſtrumentalis cauſa, qua homines in hoc mundo, beneficio Spiritus ſancti, ad DEI & ſui ipſorum cognitionem adducuntur & perveniunt.

195. Ut deteſtandus ſit error Anabaptiſtarum ac Libertinorum, qui poſthabitâ ſcripturâ, utpote tantùm literâ occidente (ut ipſis videtur) neſcio quas ſpirituales revelationes captant & jactant, ad quas fidem ſuam & mores inſtituant, Spiritum ſanctum ſimpliciter ſcripturæ apponi exiſtimantes, quia dicitur Spiritus vivificare, litera autem occidere, 2. Corinth. 3. 6.

196. Sed miſeri iſti non intelligunt, quo ſenſu litera dicitur occidere: non intelligunt, inquam, ſcripturam & legem dici literam occidentem, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ut loqvuntur in Scholis, hoc eſt, vel quatenus non vivificatur in cordibus infidelium, vel quatenus eſt cæremonia ſine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

Chriſto conſiderata, vel quatenus oſtendit peccatum adferens condemnationem & mortem, quod tamen ſine Chriſto collere nequit.

197. Neq; intelligunt Spiritum ſanctum ſcripturarum authorem eſſe, qui non ſit ſibi ipſi contrarius, ut eam curaverit per Prophetas & Apoſtolos literis mandari, & tamen diverſum vel contrarium quidpiam ſubinde viſionibus & inſomniis, hominũ mentibus objiciat atq; inſinuet. Sed quantas dent pœnas contemtæ & abjectæ ſcripturæ etiam in hoc mundo iſti temere ſpirituales, & vani ſomniatores, teſtatur ipſorum hiſtoria, quam nemo ſine horrore & ſtupore audit legitve. Studioſi legant quæ de iis qui in oppido Monaſterienſi, erant noſtrorum patrum memoria obſeſſi à Principibus Rom. Imperii, ſcribit Sleidanus, ut ſibi ab hujusmodi vanitatibus diſcant cavere.

198. Porro quod Quarta ſua Demonſtratione Eliphaz oſtendere nititur: *Ijobum impium eſſe, ſiquidem nemo Sanctorum invocatus, ipſius rationem* [id enim generaliter ſignificari verbo Heb. יַעֲנֶה exiſtimamus] *velit habere*, hoc profecto temerè ab eo dictum eſſe dixerimus.

199. Sive enim nomine *Sanctorum*, Sanctos Angelos, ſive homines ſanctos, qui in terra vivunt aut vixerunt, intelligi velit, temeritatis crimine non liberabitur.

200. Auguſtinus de Sanctis Angelis, alii quidam de ſanctis hominibus, in terra viventibus, intelligendum eſſe exiſtimant.

201. De Sanctis Angelis, & piis in mundo viventibus, non dubium eſt, quin ii hominum & maximè piorum malè habentium vicem doleant, ſintque ad ſubveniendum propenſi; Illi quidem, quando id ipſis à Deo injungitur, cujus nutum ſemper obſervant, & qui de ipſorum benefico miniſterio nobis permittendo, ſolus rogandus eſt: Hi ſemper quocunque modo, generali mandato charitatis erga proximum adducti. Quærendum igitur eſt, à quo cognoverit Eliphaz Ijobum utrisq; ita inviſum eſſe, ut à neutris aliquid ſubſidii nunquam exſpectet? A nullo certè, neque enim potuit à quopiam. Quid igitur? Vulgari opinione hominum ſeductus eſt bonus iſte vir, ut ſibi perſuaderet id quod non erat, Ijobum ſcilicet & ab ipſo Deo, & ab omnibus ſanctis planè rejici & negligi, nec ullum tempus auxilii vel conſolatio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

ſolationis, ſive Angelorum ſive piorum hominum ipſi exſpectandum eſſe.

202. Idem Davidi accidit in ſuis afflictionibus, dicentibus vulgo hominibus, etiam qui ipſum conſolaturi eſſent, quòd eſſet impius, Deo exoſus & omnino periturus Pſal. 41.

203. Verum ut aliàs de nulla re, quæ quidem alicujus momenti ſit, quidpiam temerè pronunciandum eſt, niſi ejus natura bene perſpecta: Ita de afflicto ſapienter judicare nos oportet, & præſertim de eo, cujus manifeſta ſcelera non ſunt tanta, ut ejus afflictionis cauſa eſſe putentur, & magis conſolatione erigendus atque confirmandus eſt animus æger, quàm hoc vel illo modo ad deſperationem adigendus. Unde Proverb. 18. 13. dicitur: Reſpondens verbum antequam audiat, Stulticia ei eſt & pudor. Et cap. 12. 18. Eſt qui profert verba, quæ ſunt tanquam confoſſiones gladij: Lingva autem ſapientum eſt ſanitas, vel medela.

204. Pontificii autem, verba iſta Eliphazi, de Sanctis mortuis intelligenda eſſe contendunt, quorum animas in cœlo, rerum humanarum, quæ in mundo accidunt, noticiam habere, & hominum in terra viventium curam gerere, atque pro iis orare Deum, & proinde ipſas igitur viciſſim ab hominibus adorandas eſſe exiſtimant, ut oſtendit inter alios Bellarminus lib. 1. cap. 19. de beatitudine & Canonizatione Sanctorum. Sed Eliphazi hanc ſententiam fuiſſe non ſtatuimus, quia ea non modo ſcripturæ autoritate non nititur, ſed eadem manifeſtè infringitur atque evertitur.

205. Quid enim? an docent uſpiam ſacræ literæ, piorum animas poſt mortem, rerum quæ ab hominibus in mundo geruntur, ſingillatim aliquam noticiam habere, atq; eorum curam gerere? Imo magis docent, pios ob id aliquando ex hac vita evocari, ne videant, quæ in ea accidunt mala, iisq; eripiantur, ne aliquam eorum moleſtiam capiant, Jeſaiæ 57. 1. Juſtus perit, & non eſt qui ponit ſuper cor, & viri miſericordes congregantur ad populum ſuum, nec eſt qui intelligat, quod propter malum venturum, congregatur juſtus ille. Atqui ab iſto malo venturo non prorſus eriperetur pius, ſi ullam ejus cognitionem, ex qua ſine dubio, doloris aliquis ſenſus exiſteret, anima ipſius habitura eſſet.

206. Si-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

206. Similiter 2. Reg 22. 20. DEUS hac miſericordiâ dignatur Joſiam Regem Juda, ut eum vitam ſuam finire permittat, antequam veniat Jeruſolymæ malum deſtinatum, ne ejus oculi id videant. ſcilicet & inde dolorem atq; moleſtiam capiant. Et quale eſſet hoc beneficium, ſi mortui anima, idem tamen malum cognoſceret poſtea, quo ſine dubio non minore moleſtia afficeretur.

207. Quin & Jeſaias cap. 63 16. cùm dicit. *Tu enim pater noſter es, etiamſi Abraham neſciat nos & Iſrael non agnoſcat nos*; manifeſtè videtur indicare Abrahamum poſteritatis ſuæ in mundo has vel illas conditiones, nec ſcire nec cognoſcere unde de aliis conjecturam facere licet.

208. Atque tùm piorum animæ dicuntur eſſe in paradiſo, Luc. 23. 43. Eſſe cum Chriſto, Phil. 1. 13 Eſſe in ſinu Abrahæ, Luc. 16 profecto ita intelliguntur vivere & lætari, atque ad Regnum DEI ejusq; futuram gloriam, ita adſpirare atq; ferri, ut harum rerum caducarum ſolicitudine nullâ amplius diſtrahi aut velint aut poſſint. Etſi conſentaneum eſt, eas erga Eccleſiam in hoc mundo militantem ita in univerſum affectas eſſe, ut eam in Chriſto, per improborum interitum, & piorum ſucceſſum felicem, ſemper optent benè habere, & ſecum tandem eadem felicitate frui, ut ex Apocalypſeos aliquot locis, & præcipue ex cap. 6. videtur intelligi poſſe, ubi animæ martyrum, ſub altari, voce magnâ clamantes, petunt ſangvinis ſui ultionem fieri, & cæt.

209. Etiam Decret. part. 2. Cauſa 3 Quæſt 2. ex Auguſtino, lib. de agenda cura pro mortuis, ſtatuit animas mortuorum, non ſcire quæ hic in mundo agantur, juxta dictum ſupra adductum ex Jeſaia, Abraham neſcit nos, & cæt. Sed addit ex eodem Auguſtino, ex ſe quidem neſcire animas quid hic agatur, poſſe tamen id aliunde diſcere, verba ejus hæc ſunt: Fatendum quidem eſt, neſcire mortuos, quid hic agatur, dum hic agitur, poſtea verò audire ab iis qui hinc ad eos moriendo pergunt: non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur etiam iſtis meminiſſe, & quæ illos, quibus hæc indicantur, oportet audire. Poſſunt & ab angelis, qui rebus quæ hic aguntur præſto ſunt, audire aliquid mortui, quod nunc quemque illorum audire debere judicat, cui cuncta ſubjecta ſunt.

210. Hujus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

210. Hujus Auguſtini, & ſimiliter Georgii 1. Papæ autoritate freti Pontificii, idem ſtatuunt, atque ſumta ſimilitudine ex modis, quibus in univerſum viventes quid cognoſcunt; comminiſcuntur inde quatenus & quomodo animæ mortuorum res viventium percipiant. Sed quæ hæc eſt temeritas, quod nefas, de hujuſmodi rebus, contra aut præter ſcripturam hoc modo argutari?

211. Quod ſi animæ mortuorum, ſingillatim caſus varios, qui in vita accidunt, & res particulares quæ ab hominibus geruntur, ignorant, earumque cura nequaquam à ſancta ſua intentione diſtrahuntur, quomodo pro vivis apud DEUM eas intercedere exiſtimemus, etiamſi id facere poſſent, vel facere ipſis liceret?

212. Nunc autem cùm Solus Chriſtus ſit mediator DEI & hominum (1. Timoth. 2.5.) cujus interceſſione etiam ipſæ mortuorum animæ indigent, & qui nullam ſui officii & dignitatis partem, ne quidem cum ſanctis Angelis, nedum cum mortuorum animabus, communicari velit, utpote quia hoc officium ſibi ſoli à patre commiſſum habet, Heb. 5.5. Quid eſt quo tandem ſuæ aſſertionis fidem Pontificii faciant, quod non facilime infringitur & annihilatur.

213. *Igitur* fruſtra ad mortuorum animas, preces diriguntur, ut ab iis auxilia in rebus adverſis impetremus, vel ut pro nobis ad DEUM intercedant: & præterea nefas eſſe exiſtimandum eſt, ullam creaturam, ne quidem ſanctos Angelos, aut Sanctiſs. virginem Mariam adorare, cùm ſcriptum ſit, ſolum DEUM adorandum eſſe, Deut. 6. 13. Matt. 4. 10.

214. Quanquam inter homines Maria dignitate maximè excellere ex divina gratia putanda ſit, & Angelorum benevolentia & benefica miniſteria erga genus humanum, potentia etiam, qua ad defendendos homines à DEO præditi ſunt, ſint longè maxima.

215. Sed pleraque horum quæ jam adſtruimus, videntur convelli narratione Chriſti apud Lucam de Divite & Lazaro. Siquidem ibi Dives in flammis & cruciatu, non tantum meminit ſuæ vitæ transactæ & miſeriæ Lazari, ſed etiã ſcit fratres, ſuos etiamnum impiè vivere, deque iis ad ſanitatem reducendis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

eſt ſolicitus, & orat Abrahamum ut iis conſulat. Secus atq; nos de mortuorum conditione adſeruimus.

216. Et profectò ſi conſtaret, narrationem iſtam hiſtoricam eſſe, utiq; noſtræ adſertiones per eam cóvellerentur. Verùm meritò de ea dubitatur: aliis dicentibus hiſtoriam, aliis verò contendentibus parabolam eſſe. Rationes utrorumq; ſi expendantur, videntur firmiores eſſe eorum, qui dicunt parabolam eſſe, quàm aliorum qui dicunt eſſe hiſtoriam.

217. Nam qui dicunt hiſtoriam eſſe, unico tantùm nituntur argumento, ſcilicet, quia nomen pauperis, Lazarus exprimitur. Quaſi non eſſet uſitatum in ſcriptura, pro rei conditione aliquando nomina fingere, ut Hoſeæ cap. 1. verſ. 3. 4. 6. Et Ezechielis cap. 23. 4. Sic Lazarus in Syriaco textu ſcribitur לעזר hoc eſt, cui auxilium ſcilicet meritò præſtetur, vel ſimile quid ſubaudiendo.

218. Qui autem parabolam eſſe affirmant, moventur quibuſdam, quæ in iſta narratione, ſi pro hiſtoria accipiatur, ſe offerunt ſcripturæ manifeſtæ contraria. Quorum præcipuum hoc eſt, quod illic dicitur impius dives, jam in flammis luere pœnas æternas ipſi deſtinatas, cùm tamen ex Matthæi cap. 25. intelligatur, impios demùm in extremo judicio, latâ condemnationis ſententiâ, in ignem æternum abituros eſſe.

219. Sed audiamus Theophylactum, in cap. 16. Lucæ ſcribentem ut ſequitur: *Bene ſequuntur hæc (de Divite & Lazaro) ad ſuperiora. Quia enim prius docuerat, ut nos rectè circa divitias gereremus, meritò conjungit & hanc parabolam, in eandem ferentem ſententiam, per exemplum divitis, parabola enim eſt hæc, & non (ut quidam opinati ſunt) hiſtoria. Nondum enim ſeparata erant juſtis bona, & peccatoribus contraria, ſed figuravit ſermonem Dominus, ut immiſericordes doceat, qualia eis eventura ſint, & iterum doceat eos qui affliguntur, quàm benè habituri ſint, pro his quæ hic ſuſtinent. Divitem igitur hoc loco absq; nomine in parabola aſſumſit, utpote qui neq; dignus ſit, qui à DEO nominetur: Sicut & per Prophetam dicit; Non memor ero nominum illorum, per labia mea. Nomen autem pauperis memorat, juſtorum enim nomina in libro vitæ ſcripta ſunt. Fert enim Hebræorum traditio, Lazarum quendam per illud tempus, extremâ inopiâ & infirmitate laboraſſe, cujus mentionem fecerit Dominus in parabola hac, utpote noti & manifeſti.* Hæc

ille

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

ille, & plura eodem loco non contemnenda, quæ in ipſo authore ſtudioſi legant.

220. Audiamus & Juſtinum Martyrem, ſequentia adferentem Quæſt. 60. ad Orthodoxos, ſecundum verſionem lat. *Porrò quæ de Lazaro & Divite inſtituta eſt narratio, neq; parabola eſt, neq; hiſtoria. Nam parabola eſt oratio rei factæ ad eam quæ futura eſt, ſimilitudinem complectens. Hiſtoria verò commemoratio, rei factæ expoſitionem coutinens. Neque enim ante reſurrectionem, vitæ cuiq; peractæ retributio contingit, neq; poſt reſurrectionem verum illud eſt:* Habent Moſen & Prophetas, *illos audiant. Eſt autem de Lazaro & Divite narratio, evidens & illuſtris repræſentatio, doctrinam illam habens, poſt divortium animæ à corpore, providentia & ſtudio nullo homines opem aliquam conſequi poſſe.* Hæc ille. Quod dicit narrationem iſtam nec eſſe parabolam, nec hiſtoriam: id ita intelligendum exiſtimamus, ut velit non eſſe plenam parabolam, utpote cujus una pars, ſcilicet ἀπόδοσις deſit. Alioquin enim neceſſe eſt, ut vel ſit parabola, vel hiſtoria; & cur hiſtoria non ſit, rationes addit.

221. Hiſce nos commoti, etiam ſtatuimus narrationem iſtam non hiſtoricam ſed parabolicam eſſe: atque proinde pro natura parabolarum & ſimilitudinum, non eſſe ſingulas partes ad literam examinandas, ſed tantum generalem intentionem conſiderandam & ſpectandam. Siquidem omnis ſimilitudo claudicat, ut uſitatè in Scholis dici ſolet.

222. Ita in hac parabola, non ſcrupuloſè quærendum eſt, quomodo intelligi debeat, divitem jam eſſe in flammis, agnoſcere procul Lazarum in ſinu Abrahæ, & vitæ ſuæ transactæ memorem, facinorum fratrum ſuorum gnarum eſſe, proque iis intercedere, & cæt. Sed tantùm conſiderandum eſt, velle Chriſtum hac parabolâ docere: Egenos facultatibus divitium juvandos eſſe; ipſos divites debere piè & frugaliter vivere, neque ſuis divitiis ad luxum & voluptates abuti: reſtare poſt hanc vitam conſolationes afflictionibus, præmia benefactis, & pœnas malefactis, quando peccatis venia nulla amplius datur; proinde hic ex verbo DEI diſcendum eſſe, quid facere quid non facere debeamus, nec novam aliquam revelationem exſpectandam.

223. Tandem ut ad Quintam Demonſtrationis Eliphazi argumen-

gumentationem accedamus, quæ eſt Theſi 159. Ea exſtruitur ex puris particularibus, & proinde eſt inconſequens. Nam Major prop. *iracundia interficit ſtultum*, eſt particularis Quendam ſtultum interficit iracundia. Vel aliquando aut plerumq; iracundia interficit ſtultum.

224. Si vis propoſitionem iſtam eſſe univerſalem, non erit vera, id quod intelligi poteſt ex iis, quæ dicta ſunt ad primum Demonſtrationis argumentum, & præcipuè Theſi 169. Quin neq; ſtulti tantum pereunt iracundiâ, ſed & Oppreſſio facit inſanire ſapientes, ut eſt Eccleſiaſtæ cap. 7. 8. Tertiò etiam Minor prop. (iracundia interficit Ijobum) falſa eſt, quod eventus oſtendit. Atq; hactenus examen Demonſtrationis Eliphazi fuit

225. In reliqua Orationis Eliphazi parte, non multum eſt, quod diſputandi materiam præbeat, niſi fortè quis quærat, quomodo iſta *Sex* vel *Septem* à quibus liberat Deus numeranda ſint verſ 19 & ſequentib. cap. 5. Hic probamus ſententiam Johannis Merceri, qui poſtquam ad hunc locum dixit de varia numeratione Hebræorum, tandem ſubjungit: *Verùm etſi hic forſan ſeptem reperiri poſſint, quanquam octo potiùs reperias, aut certè nonnulla geminata, non exiſtimo hoc fuiſſe ipſi* Eliphaz *ſtudium, ut ſeptem numeraret accuratiùs. Sed cùm in genere ſeptem, indefinito numero dixiſſet, aliquot poſtea exempli cauſa enumeravit, quæ inſtar omnium eſſent, & cæt.*

226. Et phraſi Hebræâ *Sex imò ſeptem*, numerum finitum, pro infinita multitudine poni, videre licet non tantum hoc loco, ſed etiam Proverb. 6 16. Et utrobiq; congeries additur quarundam ſpecierum minus accurata, quaſi non ad exactum & certum numerum indicandum, ſed confuſam quandam multitudinem ſignificandam congeſta.

227. Sed neque Chaldæus paraphraſtes ad hunc numerum reſpexit, qui verſus hoſce 19. 20. 21. 22. 23. ita circumloquitur, ut ſequitur, quemadmodum nos Chaldaica iſta latinè vertimus.

Verſ. 19 In ſex anguſtiis eruet te, & in ſeptem non appropinquabit tibi malum.

20. In famæ Ægypti liberabit te de morte, & in appropinquatione Amalek, ab interfectione gladii.

21. 22. A damno linguæ Bileam abſconderis inter nubes, & non timebis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

Iis à perditione Midianitarum, cum venerint ad perdendum Sichon, & ad famem deſerti ridebis, & ab exercitu Og, qui adſimilatur beſtiis campi terræ, non timebis.

23. *Quoniam cum tabulis lapideis, quæ dantur in pompis, in agris, eriget te: & Cananæos, qui ſunt ſimiles beſtiis campi pacificos faciet tecum.*

228. Jam vero quia in hiſce capitibus multa ſunt minuta, ad lingvæ Heb. proprietatem pertinentia, quibus excutiendis ſingillatim immorari, nimis longum eſſet, adſcribimus noſtram horum capitum Danicam verſionem vulgatæ recenti, quæ in bibliis Danicè nuper impreſſis exſtat, ad latus additæ, ut & ſtudioſi noſtram ſententiam in verſione cognoſcant, & ſimul habeant occaſionem de varietate quæ in utriusque collatione deprehenditur, nobiſcum diſſerendi.

VERSIO NOSTRA
Cap. IV. Ijobi.

1.

OC Eliphaz den Themaniter ſuarede/ oc ſagde:
2. Om wi begynder at tale til dig/ mon du kunde taale det? Dog huem kand holde ſin tale?
3. See/du haffuer vnderwiſt mange/ oc ſtyrcket de ſlage Hender.
4. Din Tale haffuer opreiſt den Faldne: oc du haffuer ſtyrcket de bøffuende knæ.
5. Men nu det kommer til dig/ kand du det icke taale: nu det naar dig/bliffuer du forſtyrret.
6. Haffuer icke din gudfryctighed verit dit haab? Oc dine veyes oprictighed/verit din forhaabning?
7. Saa betenck dig nu/huo er den wſkyldig ſom er omkommen: Eller huor ere de oprictige ødelagt?
8. Som ieg haffuer ſeet / at de ſom pløyer ondſkab oc ſaer wret/ de oc høſte det ſamme.

VERSIO VULGATA RE*centior, quæ exſtat in Bibliis noviſſimè impreſſis lingvâ Danicâ.*
Cap. IV. Ijobi.

1.

OC Eliphas den Themaniter ſuarede oc ſagde:
2. Monne wi ſkulde forſøge at tale til dig? Skulde det fortryde dig? oc huo kand holde op at tale?
3. See/du haffuer vnderwiſt mange/ oc ſtyrcket de trætte Hender.
4. Din Tale haffuer opret den Faldne / oc du haffuer ſtyrcket de bøffnede knæ.
5. For det nu kommer til dig/ da fortryder det dig/det haffuer rammet paa dig/oc du eſt forfærdet.
6. Vaar icke din (Aands) fryct/ dit haab/ oc dine veyes fromhed/ din forhaabning ✝?
✝ At det ſkulle gaa dig vel.
7. Kiere tenck dig om/ huilcken wſkyldig er omkommen? Eller huor ere de oprictige ødelagde?
8. Som ieg haffuer ſeet/ dem ſom pløyede ondſkab/ oc de ſom ſaade møye/ de mue høſte den/

Verſio noſtra.

9. Ved Guds Aandis blæſende
omkomme de/ oc aff hans vredis
Aand ødeleggis de.
10. Den ſtore Løwes ſkraal/ oc
haluoxen Løwes røſt / (ødeleg=
gis); oc de vnge Løwers tender
vdbrydis.
11. Den gamle Løwe omkommer/
thi hannem fattis roff/oc den eld=
ſte Løwes vnger bortſpreder ſig.
12. Oc dette (efftерfølgende) er
mig hemmelig kundgiort; oc mit
øre bekom noget lidet der aff.
13. J tancker aff natte ſiun: naar
dyb ſøffn falder paa Menniſken.
14. Fryct oc beffuelſe hendis mig:
oc forfærdede mange mine Been.

15. Oc en Aand gick frem for mig/
oc giorde mine Haar paa mit Liff
luffuende.
16. Hand ſtod oc ieg kunde icke
kiende hans ſkyelſe/ en ſiunlig ſki=
ckelſe vaar for mine Oyen; det
vaar ſtille oc ieg hørde en Røſt.
17. Mon et Menniſke vere ret=
ferdiger end Gud? Mon en mand
være renere / end den hannem
giorde?
18. See/ i hans tienere ſatte hand
ingen beſtandighed/ oc i ſine En=
geler ſatte hand icke Liuſet.
19. Huor megit mindre (ſatte
hand icke beſtandighed oc liuſet) i
dennem ſom bo i Jorderige huſe/
† Vide huis grunduol er i ſtøff: huilcke †
ſuprà de ſmuller førre end møl.
Theſin 20. Fra Morgen til Afften ſtø=
186. dis de ſmaa: oc (for ingen er der
ſin ſag acter) forfare euindelige.

21. Tagis icke deris verdighed
bort/ ſom er i dennem? De døe oc
icke i viſdom.

Verſio quæ in Bibliis exſtat.

9. At de ſkulle omkomẽ for Guds
Aande/ oc ødeleggis aff hans vre= † Næſis.
dis † Aand.
10. Løwens ſkraal/ oc den grumẽ
Løwis † røſt (er hørt) oc de vn= † Løw=
ge Løwers tender ere vdbrødne. indis.
11. Den ſtercke Løwe er omkom=
men/ foruden Roff/ oc den gamle
Løwis vnger maatte bortſprede
ſig.
12. Oc it Ord er ſagt mig hem=
melige / oc mit Ore bekom noget
lidet der aff.
13. J tancker aff † ſiun om natten/ † for.
naar en dyb ſøfn falder paa folck.
14. Da kom der fryct oc beffuelſe
paa mig / oc forſtreckede megit
mine † Been. † mange
15. Oc en Aand / gick frem for aff.
mig/ der ſtyrlede Haar paa mit
Liff.
16. Hand ſtod oc ieg kunde icke
kiende hans ſkickelſe/ (der vaar)
et Billede for mine øyen/ det vaar
ſtille/ oc ieg motte høre en Røſt.
17. Mon it Menniſke kand hol=
des retfærdigere/ end Gud? Eller
en Mand være renere/ end den
hannem giorde?
18. See/ hand kunde icke forlade
ſig paa ſine tienere †/ oc maatte † giorde
legge daarlighed paa ſine bud †. dem icke
19. Huor meget mere (ere de ſaa= ſtadige.
danne) ſom bo i Leerhuß/ huilckes † Engle/
Grunduol er i ſtøff/ 2.Petr. 2.

20. De ſkulle ſtøde dem ſmaa for
† møl/ fra morgenen indtil affte= † Som
nen/ ſkulle de ſtødis ſmaa/ for der ſkulle icke
er ingen ſom legger (det paa hier= kunde
tet/) ſkulle de forfares euindelige. giøre dem
21. Far deris verdighed ick bort ſmerre.
met dem? Ja de ſkulle dø oc icke
vdi viſdom. 1. Raab

Verſio noſtra.

CAP. V.

RAab nu/ mon der være nogen
ſom ſuarer dig? Oc til huem
aff de Hellige vilt du hen ſee?
2. Thi vrede ihielſlaar Daaren:
oc nidkierhed omkommer Gieck-
ken.
3. Jeg ſaa en Daare rodfeſtindis
ſig: oc ieg forbãdede hãs huß ſtrax
4. Hans Børn ſkulle være langt
fra frelſe: oc de ſkulle ſønderknu-
ſis i Portene/ oc ſkal ingen Hielpe-
re være.
5. Den Hungrige ſkal æde hans
høſt/ oc ſkal tage den end aff tor-
ne: oc Røffuer ſkal hige effter de-
ris Godz.
6. Thi plage vdgaar icke aff ſtøff:
oc møye voxer icke aff Jorden.

7. Endog at Menniſken er født
til møye/ lige ſom gniſter opgiff-
ne dem til at flye.
8. Sandeligen ieg vilde ſøge til
Gud: oc til Gud vilde ieg ſette
min ſag.
9. Den ſom giør ſtore ting/ oc mãd
kand dennẽ icke randſage: vnder-
lig ting/ ſaa de icke ſtaa til at telle
10. Den ſom gifuer regen paa jor-
derige: oc ſender vand paa veyer-
ne.
11. At ſette de ringe høyt op/ oc
de ſørgende ophøyes met frelſe.

12. Hand til intet giør de tredſke
deris tancker: oc deris Hender
icke giør noget beſtandig.
13. Som griber de Viſe i deris
Tredſkhed/ oc de Arriges Raad
bliffuer daarlig.
14. Om dagen ſkulle de løbe an i
mørcket: oc lige ſom om natten
træffue om middagen.

Verſio quæ in Bibliis exſtat.

CAP. V.

RAab nu/ mon der er nogen
ſom ſuarer dig? Oc til huem
aff de Hellige vilt du ſee hen?
2. Thi vrede ſkal ſlaa en Daare
ihiel/ oc nidkierhed ſkal myrde en
Gieck.
3. Jeg ſaa en Daare rodfeſt/ oc
ieg forbandede hans Huß ſtrax.
4. Hans Børn ſkulle være langt
fra ſalighed/ oc de ſkulle ſønder-
ſlaes i Porten/ oc der ſkal ingen
Hielpere være.
5. Den Hungrige ſkal æde hans
høſt/ oc ſkal tage den ind aff tor-
ne/ oc (huer) aff de ✝ tørſtige ſkul- ✝ Røff-
le vddricke (ſaadane) deris krafft. uere/ he-
6. Thi ondſkab komer icke vd aff ſlige met
ſtøff/ oc møye kand icke voxe op langhaar
aff Jorden.
7. Thi eet Menniſke er født til
Møye/ oc Gniſter ✝ ſkulle flye ✝ Vnge
høyt op. Fule.
8. Jeg vil dog ſøge effter Gud/
oc ſtille min tale til Gud.
9. Den ſom giør ſtore ting/ oc
mand kand dem icke randſage/ vn-
derlige ting/ ſaa de icke ſtaa til at
telle.
10. Den ſom giffuer Regn paa
Jorderige/ oc lader vand komme
paa Gaderne.
11. At ſette de ringe høyt op/ de
ſom ſørgede ✝ ere ophøyede met ✝ Droge
frelſe. ſort.
12. Som giør de tredſkis anſlag
til intet/ oc deris Hender kunde
icke giøre det ſaa/ at det bleff ved.
13. Som griber de Viſe i deris 1. Cor. 3.
tredſkhed/ oc de arriges raad om- 19.
ſtyrtes.
14. Om dagen ſkulle de løbe an i
mørcket/ oc træffue om middag-
gen/ ſom om natten.

15. Oc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

Verſio noſtra.

15. Oc hand frelſte fra ſuerd/ oc fra deris Mund: oc en Fattig aff en Sterckis Haand.

16. Oc den Fattige er bleffuen et haab: oc ondſkab maatte holde ſin Mund.

17. See/ſalig er et menniſke/ſom Gud ſtraffer/ oc du ſkalt icke forſacte den Almectigſtis reffſelſe.

18. Thi hand giør ſmerte oc forbinder: hand ſaarer/oc hans hender læger.

19. J ſex angiſter ſkal hand frelſe dig: oc i ſiu ſkal ont icke røre dig.

20. J Hunger ſkal hand forløſe dig fra døden: oc i krig fra ſuerds Hender.

21. Du ſkalt ſkiulis fra Tungers ſuøbe: oc du ſkalt icke frycte for ødeleggelſe naar den kommer.

22. Du ſkalt lee at ødeleggelſen oc hunger: oc du ſkalt icke frycte for vilde Diur i Landit.

23. Thi met ſtenen paa marcken ſkal vere dit forbund: oc diur paa marcken ſkal vere dig fredſomelig

24. Oc du ſkalt vide at dit Pauluun haffuer fred: oc du ſkalt beſøge din Bolig oc icke ſynde.

25. Oc du ſkalt ſee at din ſæd ſkal bliffue mangfoldig: oc din Affkomme ſom Græß paa Jorden.

26. Du ſkalt komme til Graffuen i god alderdom: ſom en neeg optagis i ſin tid.

27. See / det haffue vi forfaret/ ſaa er det/ hør det oc forſtaa du det for dig.

Verſio quæ in Bibliis exſtat.

15. Oc hand frelſte fra Suerd oc fra deris Mund / ja en fattig aff en Sterckis Haand.

16. Oc den ringe haffde haab / oc ondſkab maatte holde ſin Mund tilſammen.

17. See/ſaligt er et menniſke/ſom Gud ſtraffer/ oc du ſkalt icke forſacte den Almectigis reffſelſe. [Jacob. 1. 21.]

18. Thi hand ſkal ſaar giøre / oc forbinde/ hand ſkal ſla igiennem/ oc hans Hender ſkulle læge.

19. Hand ſkal frelſe dig i ſex * Bedrøffuelſer / oc i den ſiuende ſkal intet ont røre dig. [* mange.]

20. J Hunger ſkal hand befriie dig fra Døden / oc i Striden fra Suerds vold ✝. [✝ Hender]

21. Du ſkalt ſkiule dig for Tungers ſuøbe/ oc du ſkalt icke frycte for ødeleggelſe naar den kommer.

22. Du ſkalt lee ad ødeleggelſe oc ſtor hunger/ oc du ſkalt icke frycte for vilde Diur i Landet.

23. Thi dit Forbund (ſkal være) met ſteene paa marcken /oc de vilde diur ſkulle holde fred met dig.

24. Oc du ſkalt fornemme/at dit Pauluun haffuer fred/ oc du ſkalt beſøge din Bolig/ oc icke ſynde.

25. Oc du ſkalt forfare/at din ſæd (ſkal bliffue) manfoldig/ oc din affkomme ſom græß paa Jorden.

26. Du ſkalt komme til Graffuen i god Alderdom ✝ / lige ſom en Neg optages i ſin tid. [✝ Naar du eſt maad.]

27. See/ det haffue wi forfaret/ ſaa er det/ hør det oc forſtaa du det for dig.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00966 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 966